



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

I. Geniti ante vel post compaternitatem, in matrimonio possunt coniungi,  
excepta persona per qua[m] venitur ad compaternitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ALEXANDER  
P. III. LATERANENSE III. FRIDERICVS I. 667  
ANNO CHRISTI  
1179. ecclesiastice: quod qui præsumpserint, anathematis vinculo feriantur.

*Ex decretis Gelasii papæ, cap. 2.*

Quicumque intra anni spatiū ciuiliter sive publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audientia aditum clausisse videantur. Quod si obſtinato animo defuncti fuerint, nos illorum causam, iuxta beati Leonis prædecessoris nostri ſententiam, diuino iudicio reſeruant, quibus viuis non communicauiimus, mortuis non communicamus.

CAP. VII. *Idem.*

Cum ab ecclesiarum prælatis ecclesiastica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, debet rata & firma conſiſtere, vt vſque ad dignam ſatisfactionem inuiolabili- ter obſeruetur; quapropter discretioni tuæ, &c. quatenus ſi quando iam dilectus filius noster plebanus sancti Pancratii, in clericos vel in laicos parochianos ſuos interdum in- terdicti vel excommunicationis ſententiam rationabi- ter tulerit, præcipias obſeruari: nec eam fine congrua fa- tisfactione, & abſque conſientia eiusdem plebani, aliqua ratione relaxes.

DE CONIVNGENDIS FILIIS <sup>PARS</sup> XXXII.  
ANTE VEL POST COMPATERNITATEM  
genitis.

CAP. I.

*Alexander III. Salernitano archiepiscopo.*

TRVM autem filii vel filiæ ante vel poſt compaterni- tatem geniti, poſſint ſimul ad inuicem copulari, Ca- nones ſecundum diuersorum locorum conſuetudinem in- ueniuntur: & licet primus Canon exinde editus, natos poſt compaternitatem prohibeat ad inuicem copulari, al- ter tamen Canon posterius editus primum videtur corri- gere: per quem statuitur, vt ſive ante, ſive poſt compa- ternitatem geniti ſunt, ſimul poſſint coniungi: excepta il- la persona dumtaxat, per quam ad compaternitatem per- uenitur. Vnde tolerabilius nobis videretur, vt ſecundum

*Concil. Tom. 27.*

PPP ij

Competen-  
ter determi-  
nat, cum  
prior Canō  
id non ne-  
get.

posteriorem Canonem, etiam post compaternitatem ge-  
niti, simul possint copulari, præter illam personam, per  
quam compaternitas contrahitur, nisi consuetudo ecclē-  
siae, quæ scandalum generet, aliter se habeat.

C A P. II. *Idem eidem in eadem epistola.*

Si vir vel mulier scienter aut ignoranter filium suum de  
sacro fonte susceperit, an propter hoc ab inuicem separari  
debeant & alii copulari, quia nos generaliter consulere  
voluisti, consultationi tux respondemus, quod quamuis  
sit generaliter constitutum vt debeant, quidam tamen hu-  
manius & potius sentientes, aliter statuunt: & ideo nobis  
videtur, quod siue ex ignorantia, siue ex malitia id fece-  
rint, non sunt ab inuicem separandi, nec alteri debi-  
tum debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam  
possint induci. Quod si ex ignorantia id factum est, eos  
excusare ignorantia videtur: si ex malitia, eis sua fraus non  
debet patrocinari vel dolus.

PARS  
XXXIII. QVI FILII SINT LEGITIMI,  
ET DE EXACTIONE DOTIVM  
post diuortium, & ad quem pertineat  
huius causæ cognitio.

## C A P. I.

*Idem\* Exonienſis episcopo.*

**M**EMINIMVS nos fraternitati tua super causa quæ in-  
ter P. & R. de quadam hereditate vertitur, quam  
idem P. nomine Sibyllæ vxoris suæ petebat, tali modo scri-  
psisse, vt si constaret, prout literæ tuæ continebant, inter  
dicti R. patrem & matrem, post eius natuitatem matri-  
monium fuisse contractum, eum omni appellatione remo-  
ta legitimum esse denunties, & ab hereditate paterna pro-  
pter causam prædictam nullatenus debere repellи. Tanta  
est enim vis \* sacramenti, vt qui antea sunt geniti, post  
contractum matrimonium habeantur legitimi. Verum  
quoniam P. vltra quam in literis tuis continetur, nobis  
significauit, quod pater suus, viuente vxore, matrem R.  
tenebat, & eum in adulterio procreasset, & quod in mor-